Ceſſante ſucceſſione linee deſcendẽtis et eius que ſola[p] ſit aſcẽdẽtis vocanẽ primo fratres fratriſqꝫ p̃mortui filij i ſtirpes[q] ¶ Dico aũt de fratre eiuſqꝫ fratris filijs qui ex vtroqꝫ parẽte ꝯtingũt eũ de cui⁹ hr̃ditate nunc agiẽ:q̃ pſone[r] veniũt etiã ſine defuncte nũc pſone parẽtib⁹ ¶ Et cũ ꝓximis[s] gradu aſcẽdẽtib⁹. ¶ Et qdẽ p̃dicti fratris filius:ꝛ ſi tertio gradu ſit p̃ferẽ fratribus defuncti q ex vno tñ parẽte cognati erãt i hac ſucceſſiõe oĩs differẽtia ſexus ꝛ emãcipationis ceſſat.

In auten.de heẽ.ab inteſt.§.is aũt non.ꝛ.§.illud.col.ix. Cõſti.vij.

¶ Deficientibus aſcẽdẽtibus ꝛ deſcendentibus ꝛ fratribus vtrinqꝫ coniunctis ex eorum filijs veniunt fratres ex vtroqꝫ parente ꝯiuncti.ꝛ eorũ filij q filij excludũt patruos ꝛ auunculos defuncti.h.d.ſaly.

Poſt fratres autez ex vtroqꝫ parẽte ꝛ eoꝝ filios admittũtur ex vno latere[t] fratres ſororeſue cũ qb⁹ ꝛ filij eoꝝ[u] ſi q iã deceſſerint ex eis. ¶ Hi aũt fratrũ filij cuz parẽs ſint defuncti fratrib⁹ p̃ferũtur ꝓculdubio eiuſdẽ defuncti patruis ꝛ alijs ſimilib⁹[x] ꝛ i alijs ſucceſſiõib⁹ oino ceſſat ſexus ꝛ agnatiõis ratio.

In auten.de heẽ.ab inteſta.veniẽ.§.ſi vero.neqꝫ.col.ix. Cõſti.j.

¶ Ultra fratres ꝛ filios vocantur gradatim proximiores in capita ꝛ non in ſtirpes.hoc dicit Saly.

Poſt fratres fratrũqꝫ filios[y] vocanẽ quicũqꝫ gradu ſunt proximiores vt pares in gradu pariter admittãtur ſublata differẽtia maſculoꝝ ꝛ feminaruz.Sola nãqꝫ cognatio ſpectatur[z] i talib⁹:fiat aũt diuiſio in capita ꝛ non in ſtirpes.

n ¶ Omniũ.qꝛ erant hi nati ex eadem matre tñ.
o ¶ Conſtituti ſunt.hodie ꝯ.ꝛ ideo lege hic auẽ.ceſſante que eſt de here.ab inteſta.§.reliquũ.ꝛ in auẽ.vt fra.fi.§.j.colla.ix.
p Ceſſante.que ſola.hic verſus ꝛ eius que ꝛc.non eſt in corpore in.§.ſi igiẽ defunct⁹ ꝛ planius legiẽ ſine eo.vel dic ceſſante qꝛ nõ habebat filios ꝛ ceſſante repete.i.repudiãte linea aſcendentiuz q̃ ſit ſola.i.ſine liberis defuncti.Uerbũ ergo ſemel poſitũ ꝛ iteruz ſubauditũ diuerſos ſenſus hꝫ.vt hic: ꝛ.ff.de peti.here.nec vllam.§.oibus.
q ¶ In ſtirpes.hoc cũ ſuccedũt cuz patruis.ſi aũt nõ ſint p̃ui ſꝫ ſoli filij duoꝝ fratrũ in capita ſuccedũt ſm.azo.vt in cor.e.auẽ.§.ſi aũt defuncto.ex eadẽ tñ autẽtica.in.§.ſi vo.videnẽ etiã tũc vocari in ſtirpes.qꝛ ita dicit neqꝫ filios fratrum ꝛc.vnde videtur ꝙ illi vocarentur in ſtirpes ſi ſuper/eſſent ꝛc.

Filij duorũ fratrũ an ſuccedãt in ſtirpes vel capita.

r ¶ Que pſone.ſcꝫ fratres vtrinqꝫ cõiuncti.vel dic.ideſt filij fratrũ.
s ¶ Proximis gradu.hoc ſcꝫ ꝙ fratrũ filij ſuccedãt cuz aſcendentib⁹ nõ eſt ex hcor.de hẽ.ab iteſta.§.ſi vo cũ fratrib⁹.ſꝫ ex illo vt fra.fi.§.j
t Poſt frẽs.vno latere.vt ſi vn⁹ eſt cõſanguineus alter vterinus ãbo admittũtur in bonis a defuncto agſitis.ꝛ hoc dicit.
v ¶ Filij eorum.ſi tamẽ reliquat aliquis fratres quoſdam conſanguineos tantuz et quoſdam vterinos tantum in rebus maternis p̃ feruntur vterini:in reb⁹ paternis preferunẽ cõſanguinei.vt.j.eo.l.de emancipatis.Si vero relinquat quoſdam ex eodẽ p̃re ꝛ matre: et alios ex patre tantum:et alios ex matre tantuz.etiam in rebus paternis:preruntur fratres eiuſdez matrimonij.id eſt vtrinqꝫ cõiuncti.ꝛ idem in matre pone ſi quoſdam ex patre ꝛ matre et alios ex matre tãtum reliquit.et queratur de bonis maternis vt.j.communia de ſuc.l.fina.auẽ.itaqꝫ.

Fratres cõſanguinei tantũ et vterini tantuz qualiter ſuccedũt.

x ¶ Similibus.ſcilicet auunculis et materteris et amitis niſi enim pares eẽnt fratrib⁹ defuncti non preferentur patruis cum ſint in eodem gradu cum eis.vt.P.quod in ea.auẽ.§.illud.

k Conſanguinitatis.id eſt agnationis.
l ¶ Admitti poſſe.de iure ciuili.
m ¶ Ad te.ſororem.que es agnata nihilominus ꝛ cognata.

y Poſt fratres.filios et filiorũ filios ſm.P.qð nihil eſt ſm.Jo.
z ¶ Spectatur.quere hoc quod diximus.ſ.de ſuis et legi.heredi.auten.in ſucceſſione.

Si aũt

a Si autez. nepos. qui erat tibi ꝑoꝛ ſobꝛinus. vt inſtitu. de gra.cogna.§.quinto.ꝛ idē ſi patruelis eſſet. vt ſ. qui teſta.fa. po.l. ſi frater.

b Ad inteſtati.pro ximitatis.i.co/ gnationis. vt.ꝛ.j.l.pa truo. ſed hodie cōtra.p auten.poſt fratres. mo do lectam.

c Patruo. ꝛ hec corrigit̄ p aut̄. poſt fratres.

d ¶ Inteſtati. ſcilꝫ filij fratris.

e In ſucceſſione. ꝙ auiā.qꝛ auia cognata ſoroꝛ agnata ē vt.l.patruo.lex tamen alia videtur:aperte pre ferre fratrem etiā vteri num.vt.j.de bo. q̄ lib. quecunqꝫ. ſed reſpon. vt ibi dixi Jo. Iteꝫ hec hodie corrigitur per au tenti.defuncto. que eſt ſ.ad tertulia.

Punit quis in id in quo deliquit.

f Sciant. moritur. ſecus ſi fact⁹ pu/ bes morit̄. vt.ſ.ad ter/ tul.l.matres. Et eſt ra tio qꝛ eo tēpoꝛe quo de liquit vel in id tantū in quo deliquit dꝫ puniri non in alio.ar.j.de pe. l. ſancimus. ſed ꝛ hoc fallit in caſib⁹ quos di/ xi.ſ.ad tertul.l. omnē. Sed contra huic.l. ff. qui.pe.tu.l.fi.§.ſi vero maritus.ſed forte illud in ſingulari fideicōmiſ ſo qđ non admittit vel corrigitur per iſtam.

g ¶ Denegandā. ſꝫ ex cluſo eo admittitur ſe/ quens fiſco excluſo.vt ff.ad tertul.l.ij.§.fi.

h Si habeo. cōſtitu/ tionē.quā habes j.de emāc.li.l.iubem⁹.

i ¶ Petitū.a principe.

k ¶ Intacta.hodie in/ tacta remanent etiaꝫ ſi non ſit ſpecialiter peti tum. vt inſtitu. de leg. agna.ſuc.§.fi.ꝛ.ſ. d le gi.tu.l.iiij.ꝛ.j.e.l.vlti. et.ſ. de cura. fur.l. ne lucrum.

¶ Nihil ꝛ inualidū equiparant̄.bal. vel ſic. Circa bonoꝝ poſſeſſionē de iure ciuili poteſt adiri hereditas conſobꝛini.hoc di/ cit vel ſic. Hereditas agnationis delata po teſt adiri de iure ciuili agnatione bonoꝝ poſſeſſionis.Salycetus.

¶ Imperatoꝛes Diocle. ꝛ Maxi mia.aa.ꝛ.cc.Cecilio. L.iiij.

Si aūt nulluꝫ teſtamētum ne/ pos[a] patrui tui oꝛdiauit: aut intra q̄ttuoꝛdeciꝫ annos ꝯſtitut⁹ fe cit ꝛ agnatiōis iure ſucceſſio ei⁹ tibi delata ē:etiā citra bonoꝝ poſſeſſio/ nis ſubſidiū lītimo iure ſubnix⁹ es.

¶ Pro iure iſto agnati preferuntur co gnati.hoc.dicit.hodie ſecus.vt.ſ.eo. autē ti.poſt fratres.Salice.

¶ Impa.Diocletia. ꝛ Maximia. aa.ꝛ.cc. cirille. L.v.

Ad inteſtati ſucceſſionē agna tionis iure ꝙ.p̄ximitatis[b] ve niētes haberi potioꝛes certum eſt.

¶ Filijs ſe abſtinentibus vel repudianti bus frater defuncti admittitur.h.d.Saly.

¶ Idē.aa.ꝛ.cc.claudiano. L.vj.

Defunctis ſuis extantib⁹ he/ redibus ꝛ abſtinētib⁹ vel re pudiantibus hereditatē frater iure cōſanguinitatis ſuccedere pōt.

¶ Frater patris prefertur fratri matris. hodie corrigitur.h.d.bal.vel ſic. Iure iſto potioꝛes ſunt agnati ꝙ cognati: ꝛ ideo pa truus prefertur matertere.Saly.

¶ Idē.aa. amiano. L.vij.

Patruo[c] ac matertere tertio ꝯſtitutꝭ gradu nō ꝑiter inteſtati[d] ſuc ceſſio defert̄.ſꝫ p̄ris frater agnatio nis iure ſoroꝛi matris anteponit̄.

¶ Agnati vocantur ad ſucceſſionem de functi apud hoſtes bn̄ficio.l.coꝛ.h.d.ſali.

¶ Idē.aa.ꝛ.cc.Sillano. L.viij.

Si his de quoꝛuꝫ ſucceſſione agit̄ apud hoſtes defunctis ſm̄ legis coꝛnelie bn̄ficiū iure agna tiōis adita hr̄ditate vl' petita bono ruꝫ poſſeſſiōe ſucceſſiſti:ſubſtātiam eoꝛum vendicare non pꝛohiberis.

¶ Soroꝛ prefertur auo ꝛ auie maternis hodie corrigitur.h.d.Bal.

¶ Idē.aa.ꝛ.cc.damagoꝛe. L.ix.

In ſucceſſiōe inteſtate: ſoro/ rē ꝙ auiam[e] vel auuꝫ mater nū haberi poꝛtionē:nō ambigitur.

¶ Si ſuccedere volētes pupillo ei infra annū a moꝛte teſtatoꝛis numerandum tu toꝛem non petierint:priuantur eius ſucceſ ſione ſi moꝛiant̄ in pupillari etate.ſalyce.

¶ Impa.Theodo.ꝛ vale. ad Flo rianum prefectum pꝛetoꝛio. L.x.

Sciant qui ad ſucceſſionē vo/ cātur pupilli moꝛtui ſi defun cto eius patre tutoꝛem ei ſm̄ leges non petierint intra annum omnem eis:ſiue ab inteſtato:ſiue in iure ſub ſtitutionis:ſucceſſionem eius: ſi im pubes moꝛitur[f] denegandam[g].

¶ Reſcriptum principis reſeruans emā cipato iura agnationis ſiue ius ſuccedendi intelligitur reſeruare tā actiue ꝙ paſſiue. h.d.ꝛ not.Salyce.

¶ Impera. Anaſtaſius conſtanti/ no.pꝛefec.pꝛetoꝛio. Lex.xj.

Si habeo q ex ſacro reſcripto ſm̄ noſtrā cōſtitutionem[h] fie ri poſtulauerit emancipationē libe roꝝ petitum[i] ſit q̄ten⁹ ei qui emāci pandus emācipandaue eſt minime legitima iura per emācipationē ex tinguantur:eadē iura tā emancipa to vel emācipate cōtra ꝑſonas al's hoc modo ſibi cōiunctas ꝙ alijs:iti dem contra eum vel eam in heredi tatibus vel ſucceſſionibus ꝛ tutelis necnon ceteris ſeruentur intacta[k].

¶ Partus natus ex muliere etiam quin quagenaria eſt legitimus:ideo ad ſucceſſio nem admittitur. h.d. Salice.

¶ Imperatoꝛ iuſtinia. a. iohanni prefecto pꝛetoꝛio. Lex.xij.

Si maioꝛ quiquagenaria par tum ediderit.ſi debet hmōi ſo boles ſuo patri ſuccedere ꝛ heredi/ tatem eius nanciſci:a ceſariana ad/ uocatione interrogati ſum⁹. ¶ Et ſcimus licꝫ mirabilis part⁹ hmōi in ueniat̄ ꝛ raro ꝯtingit: nihil tn̄ eoꝝ q̄ ꝓbabil'r a natura noſcunt̄ eē pꝛodu cta reſpui:ſꝫ om̄e ius qđ ex q̄cūqꝫ le ge liberis ꝓſtitū eſt h̄ merū atqꝫ im mutilatū hmōi filijs vl' filiab⁹ ſuari in oīb⁹ ſucceſſiōib⁹:ſiue ex teſtō ſiue ab inteſtato ꝛ ſummatim nō abſimi les alijs fiāt quos ſimiles natura ef ficit:maxie cuꝫ ꝛ anterioꝛe nr̄a lege[l] hmōi ꝑ nuptias permiſim⁹: īpares eas videri minime cōcedentes.

¶ Si filius emancipatus per ſacrum re/ ſcriptū deceſſerit ſuperſtitibus patre ꝛ fra tribus pater eius hereditatis habet vſufru ctum:fratres vero pꝛopꝛietatem: exceptis bonis maternis in qbus vterini p̄ferunt̄ alijs fratribus.h.d. Salice.

¶ Idem.a. iohanni prefecto pꝛe/ toꝛio. Lex.xiij.

De emācipatis filijs q ſacro reſcripto p̄rib⁹ īpartito h̄ a ſuis genitoꝛib⁹ meruerūt dubitatū eſt. ¶ Cuꝫ em̄ anaſtaſiana lex iura fratrib⁹ legitia noſcit̄ ſuare[m]: ſi qs ex his ſine teſtō ꝛ liberis deceſſerit: vtrū ne ad frēꝫ vel ſoroꝛē ei⁹ ſucceſ ſio deuoluat̄ an ad ſuperſtitē patrē.

¶ Hmōi dubitatiōeꝫ ꝯpēdioſo rn̄ ſo duxim⁹ eē finiēdam. ¶ Ideoqꝫ ſancim⁹ ad ſimilitudinē maternaꝝ rerū aliarūqꝫ[n] de qb⁹ iā a nobis lex poſita eſt:etiā hmōi hereditatē iure quidē dn̄ij ad frēs vel ſoroꝛes in to tū[o] ſiue ꝑoꝛē thoꝛū ſuauerit ſiue ad ſcđas migrauerit nuptias acqri:ſi/ ue ꝑ ſacrū oꝛaculū emācipatio ꝓce dat:ſiue alio legitio mō a ſacris p̄r/ nis fuerint abſoluti. ¶ Cū em̄ ꝛ p̄r vtit̄ vſufructu ꝛ votū[p] ei⁹ ē ad alios filios ſuas res ꝑuenire:q̄pꝛopt̄[q] cū ex lege anaſtaſiana ī aliū articulum frib⁹[r] ꝓſpectū eſt: tūc a nobis ī hac ſpecie pleni⁹ ei ſubuenit̄ vt p̄r hēat vſufructū:frēs aūt vl' ſoroꝛes dn̄iuꝫ rerū relictaꝝ:exceptis[s] m̄rnis reb⁹

l ¶ Noſtra lege. vt.ſ. de nup. ſancimus. Et eſt arg.ꝯ.ff.de legi.ꝛ ſe natuſcō.l.nā ad ea.

m De emancipa tis.ſeruare.ſ. inter ſe quo ad tutelaꝫ. vt.ſ.de legi.tu.l.iij.

n ¶ Aliarūqꝫ. puta ex maritali lucro de qbus lex ꝛc̄.quā habes.j.cō/ munia de ſuc.l.fi.

o ¶ In totum. imo vi/ detur ī medio heſſe.vt ſ.ad tertul.l.fi.§. ſi aūt defuncta.Sol.hic con tracta fiducia emācipa uit.ibi nō:hoc nō valet qꝛ hodie ſꝑ cōtracta fi/ ducia videt̄ emācipare vt diximus.ſ.e.ſi ab eo Alij dicunt ꝙ hic per principem emancipa/ uit.ibi corā alio iudice. hoc non valet qꝛ hic di cit ſine alio legitio mo/ do. Tertij ꝙ ibi ſuper/ erat mater hic non.nec hoc valet:qꝛ magis de beret eſſe contrarium. Dic ergo illam corrigi per iſtam.naꝫ ꝛ hec eſt iuſtiniani.Ac.

Emancipatio ho/ die videt̄ ſemper ꝯ cta fidu/ cia fieri.

p ¶ Votum. nota vo/ tum patris.vt.ff. vnde libe. ſcripto. in fi. ꝛ de bo.dā.l.cum ratio.

q ¶ Quapꝛopter.ideſt quare.

r ¶ Fratrib⁹. circa tu/ telam: vt dixi in prin. per.l.ſ.de leg.tu.l.iiij.

s ¶ Exceptis. de hoc plene dices.j. cōia de ſuc.in aut̄.itaqꝫ. Item no.ꝙ hec lex corrigit̄ ꝑ auten. defuncto ſine li beris.

t ¶ Exceptis. dixi vo/ care omnes fratres: ex cipe in bonis que habe bat emancipatus a ma/ tre in quibus preferun tur vterini.

a ℭ Fratres.ſcilicet tales vterini.
b ℭ Solos.q.d. nõ cõſanguineos tantum.
c ℭ Superſint.ſcilicet tales vterini.
d ℭ Rerũ maternarũ.
e ℭ Lege duodeciʒ tabularũ.olim agnata vt agnatus p.l.xij.tabularũ vocabatur ſecũdo tpe nõ niſi filia vel ſoror agnata quod duabus rationibus remouet.vna q: ſi admitteretur filius fratris ergo ⁊ ipſa filia fratris: ⁊ ſi patruus ergo ⁊ amita.Secũda cum agnati ſuccedũt ei:ergo ⁊ ipſa eis.Ultimo filios ſororis cõſanguinee ⁊ vterine licet cognati ſint inter agnatos ponit.
f ℭ In liberis.agnatorum.
g ℭ Et alterũ.ſ.corp⁹.
h ℭ Poſteritas.i.media iuris prudẽtia ⁊ habes hec oia inſti.de legiti.agna.ſuc.§.ceterũ vſqʒ ad.§.ſi plures.
i ℭ Succeſſiõibus.ſub audi exiſtentib⁹ alſs ex teſtamento.
k ℭ Germanas.i.ſorores ex eodẽ tm̃ patre natas nam he proprie dicuntur germane.
l ℭ Prerogatiuã.i.ſucceſſiõe patris defuncti.
m ℭ Legitimas.id eſt agnatas.
n ℭ Conſanguinitatʒ. id eſt ſororitatis.vt ſic dicam.
o ℭ Huiuſmodi legis. ſcʒ duodecim tabular.
p ℭ Uitium eſt.ideſt ſi ab aliquo vitium dicatur.ſic.ſ.de inoffi.te.ſi mater.Item nota non eẽ penã vbi delictũ nõ eſt.vt.j.de pe.ſacim⁹.
q ℭ Uterine.quã conſtat vt agnataʒ vocari. vt.j.l.pxi.§.ſʒ nec.
r ℭ Eo.hoc põt referri ad patruũ ⁊ ſic ad iferiora vel ad nepoteʒ.et ſic ad ſuperiora.
s ℭ Sed in capita.hodie i ſtirpes.vt.ſ.e.auſ. poſt fres.⁊ dixi inſti.õ leg.ag.ſuc.§.hoc etiã.
t Meminim⁹.cõſtitutioneʒ.vt ſ.l.proxi.⁊ breuiter cõmemorat eã hic.
v ℭ Cõſtitutionib⁹.vt inſtit.de leg.ag.ſuc.§. ceter.vſqʒ ad.§.ſi pleſs
x ℭ Manifeſtũ eſt.vt inſti.e.§.emãcipati.
y ℭ Hoc.vt frater ſuccedat.
z ℭ Iuſto incremento. dixerat enim illa tm̃ de iure tutelarũ.vt.ſ.de le.tut.l.iiij.vt ſaluum

in quibus ſi ex eadeʒ matre ſunt fratres[a] vel ſorores eos ſolos[b] vocari oportet. ℭ Si autẽ nõ ſuperſint[c] tũc ad ſimilitudinẽ aliarũ rerũ in totã fraternitatẽ dñium earum cedere:vt ſit aptiſſimus in oibus tractatus:⁊ nõ per differentiam perſonarum vel rerũ[d] vacillare noſcatur.

ℭ Femine iure agnatiõis pariter vt maſculi admittũtur ſublato quodã iure ꝯtrarium diſponente poſt legem.xij.tabularũ ⁊ filij ſororis cõſãguinee vel vterine cum de hereditate patrui vel auunculi tractat: ⁊ tunc nec frater nec ſoror defuncti qui ſuperſunt iura agnationis cõſequunt ⁊ ſucceſſio inter filios fratrum diuiditur in capita.hoc dicit ⁊ primo cõmẽdat legeʒ.xij. tabularuʒ vſqʒ ibi.ſed poſteritas.ibi arguit ⁊ vituperat mediaʒ iuris prudentiam vſqʒ ibi.huiuſmodi.ibi tertio ponit ſtatutuʒ nouum reducendo nos ad ius antiquum ⁊ rationes annectit vſqʒ ibi.his etem̃.ibi quarto vnum gradum agnationis addit cognationi ꝓcedendo in diſpoſitione ſui noui ſtatuti. vſqʒ ibi ceteris ibi.confirmat al's ſucceſſiões in ſtatuto nouo nõ ꝯprehẽſas.vſqʒ ibi.ſi q.vbi vltimo dicit hanc.l. locũ habere in futuris caſib⁹ vſqʒ ad fi.ſal.

ℭ Idẽ.a.Iohanni.p̄.p̄. Lex.xiiij.

Lege duodecim tabularuʒ[e] bene humano generi ꝓſpectũ eſt:que vnã conſonantiã tam in marib⁹ qʒ in feminis legitimis ⁊ in ſucceſſionibus eoꝝ necnon ⁊ in liberis[f] obſeruãdã eſſe exiſtimauit: nullo diſcrimine in ſucceſſionibus habito:cũ natura vtrũqʒ corpus edidit vt maneat ſuis vicibus imortale:⁊ alterum[g] alteri⁹ auxilio egeat: vt vno ſemoto alterum corrumpatur. ℭ Sed poſteritas[h] duʒ nimia vtitur ſubtilitate nõ piã induxit differẽtiam ſicut iulius paulus in ipſo principio libri ſingularis quem ad ſenatuſconſultum tertulianuʒ fecit apertiſſime docuit. ℭ Cui eñ ferẽdum eſt ab inteſtato ſucceſſionib⁹[i] ſuas quidẽ filias ad ſitudinem maſculine ſobolis i parẽtis vocari ſucceſſioneʒ ⁊ iterũ germanas[k] iure cõſanguinitatis eandẽ ſibi vendicare prerogatiuã[l]. ℭ Deinceps aũt legitimas[m] feminarũ perſonas ſi iura cõſanguinitatis[n] non poſſident a ſucceſſione legitima repelli:cũ marib⁹ eadẽ ſucceſſio patebat. ℭ Quare enim patris ſoror non ad ſucceſſionẽ filij fratris ſui vna cum maſculis vocetur:ſʒ aliud ius i amitis aliud in patruis obſeruatur. ℭ Uel qua ratione fratris filius ad ſucceſſionẽ patrui vocatur: germana autem eius ab eadeʒ ſucceſſione recluditur. ℭ Huiuſmõi[o] itaqʒ legis antique reuerẽtiaʒ ⁊ nos anteponi nouitati legis cẽſemus ⁊ ſancim⁹ omnes legitimas perſonas(id eſt p virilem ſexum deſcẽdentes) ſiue maſculini ſiue feminini gñis ſint: ſimili modo ad iura ſucceſſionis legitime ab inteſtato vocari ſm gradus ſui prerogatiuam:non ideo excludẽdas qꝛ ꝯſanguinitatis iura ſm germane obſeruationẽ non habeant. ℭ Cum enim vnius ſanguinis iura remanẽt per virilẽ ſexũ incorrupta: quare naturam offendimus ⁊ legitimo iuri derogamus. ℭ Cum ⁊ aliã maximam iniuriã res in ſe contineat:pleriſqʒ quaſi vulnus inteſtinum incognitũ.cum enim ad earuʒ mulierũ ſucceſſionẽ maſculi iure agnationis vocãtur: qs patiatur earum quidẽ hereditatẽ ad eos legitimo iure deferri:ipſas võ nec inuicẽ ſibi nec maſculis eodeʒ iure poſſe ſuccedere: ſed propter hoc ſolum puniri qꝫ femine nate ſunt ⁊ paterno vitio(ſi hoc vitiũ eſt[p]) prolẽ innocentẽ grauari. ℭ In his igitur caſibus legẽ.xij.tabularum ſequentes ⁊ nouũ ius nouiſſimo iure corrigentes: etiam vnũ gradum pietatis intuitu trãſferri a iure cognationis in legitimã volumus ſucceſſionẽ:vt non ſolum fratris filius ⁊ filia (ſm qꝫ iam diffinimus)ad ſucceſſionem patrui ſui vocent: ſed germane ⁊ cõſanguinee vel ſororis vterine[q] fili⁹ vel filia ſoli:⁊ nõ deinceps pſone vna cũ his ad iura auũculi ſui perueniant.⁊ mortuo eo[r] qui patruus quidẽ eſt fratris ſui filijs auũculus aũt ſororis ſue:ſoboli ſimili modo ab vtroqʒ latere ſuccedãt:tanqʒ ſi omnes legitimo iure veniãt:ſcʒ vbi frater ⁊ ſoror ſuperſtites nõ ſunt. ℭ His etenim perſonis precedentib⁹ ⁊ hereditatẽ admittentibus: ceteri gradus remanent penitus ſemoti. ℭ Illo ꝓculdubio obſeruãdo vt ſucceſſio nõ in ſtirpes ſed in capita[s] diuidat: ⁊ hic gradus in ordinẽ legitimũ trãſferatur. ℭ Ceteris oibus ſucceſſiõib⁹ ſm ius vſqʒ ad pſens tp̃s obſeruatũ in ſuo ſtatu manẽtibus. ℭ Si qui aũt caſus iã euenerint: ſm qꝫ priſtina iura volebãt:eorum fiat diſtributio.

ℭ Primo exordiendo ponit effectum cõſtitutionis ꝓcedẽtis vſqʒ ibi Cum igitur.ibi ſecundo ſtatuit filium emãcipatũ pariter ſuccedere cũ ſuis tam patri qʒ fratribus ⁊ ſororib⁹ vſqʒ ibi.ſʒ nec fratrẽ.ibi tertio ſtatuit frẽs veterinos admitti ad ſucceſſionem fris.cũ fribus defuncti admittunt filij fratrum emãcipatorũ:ſed etiam filij fratris vterini vel ſororis vterine vſqʒ ibi quas autem.ibi quarto diſponit qꝫ qui vocantur ad ſucceſſionẽ vocantur ad tutelam.hoc dicit Salice.

ℭ Idem.a.iohanni prefecto pretorio. Lex.xv.

Meminimus antea diuinam promulgaſſe conſtitutionem[t] per quam ad veſtigia legis.xij.tabularum totam progeniem ex legitima ſobole deſcendentem ſiue maſculinam ſiue femininam legitimo iure hereditatẽ adipiſci ſancimus:vt queadmodum ipſis a legitimis perſonis ſucceditur:ita ⁊ ipſe legitimarum perſonarum amplectantur ſucceſſionem. ℭ In qua cõſtitutione vnum graduʒ ex cognatis in ius legitimũ reduximus.i.germane ꝯſanguinee filios ⁊ filias ſororis vterine filios ⁊ filias. ℭ Quam conſtitutionem in ſuo robore permanere cẽſemus: ⁊ cuʒ in noſtris conſtitutionibus[v] tenor eius a nobis relat⁹ eſt. ℭ Sʒ ſubtiliore tractatu habito neceſſariuʒ duximus vt ſi quid ex ꝑtoria iuriſdictione frugi inuẽtum eſt ⁊ hoc cum pfectiſſima diffinitione diſpoſito noſtras leges ampliari. ℭ Cũ igitur ꝑtore filium emancipatum:lʒ ſubtili iure capite fuerat diminutus:attamẽ in patris ſucceſſionẽ ſine vlla diminutione vocare manifeſtũ[x] eſt: nõ eodẽ autem iure etiam ad fratrũ ſuoꝝ ſucceſſiones ab eo vocabatur:ſʒ nec filij ei⁹ iure legitimo ſuis patruis ſuccedebant: neceſſarium duximus hoc[y] primum corrigere:⁊ legẽ anaſtaſianam iuſto[z] incremẽto perfectam oſtẽdere:vt emancipati filius vel filia non ſolum in paternis bonis ad ſuorum ſimilitudinẽ ſuccedant:ſʒ etiã in fratrum vel ſororum ſuaruʒ ſucceſſiones ſiue oẽs ſui:ſiue emãcipati ſint: ſiue pmixti: ſiue cũ emãcipatis integro iure oẽs inuicẽ ſibi ſuccedãt:⁊ nõ ſm legẽ anaſtaſianã pte aliq̃ diminuta.Et hʒ qdẽ de filijs emãcipat' ſancire belliſſimũ nobis viſuʒ ẽ. ℭ Sʒ nec frẽs vł' ſororẽ vterinos ꝯcedim⁹ in cognatiõis loco relinq. ℭ Cũ eñ tã ꝓxio gradu ſunt merito eos ſine vlla differẽtia tanqʒ ſi ꝯſanguinei fuerãt cũ legitimis frib⁹ ⁊ ſororib⁹ vocãdos eẽ ſãcim⁹ vt ſcdo gradu ꝯſtituti ⁊ ltima ſucceſſiõe digni repti alijs oibus qui ſunt vlterioris grad⁹ lʒ legitimi ſint ꝓcellãt. ⁊ hec ſit eis.

ſit eis.q̄ non placet q̄ de illa faciat mentionē hic:ſed de quadā gre/ca q̄ dicebat eū ſuccedere cū illis qui remāſerant in ptāte. cū quadam diminutione.ſed eoꝝ filios nullo modo.vt inſti.de ſuc.agna.§.j.hoc aūt non corrigit̃ de filia filij emācipati.ſed hoc dicitur.j̄.proxi.§.

a ¶ Secūdi gradus.nam fratres ꝛ ſorores in ſecundo gradu ſunt. vt inſti.de gradi.§.ſ.

b ¶ Et filijs fratruꝫ.hi eni in tertio gradu ſūt. vt inſti. de gradi.§.iiij.

c ¶ Tantūmodo. non vltra.vt.j̄.§.ceteris.ac curſus.

d ¶ Ex legitima.i. iter agnatos.

e ¶ Sancimus.vt.ſ.l. proxi.circa fi.

f ¶ Succedant.q̄ſi per quoddam ſucceſſoriuꝫ edictum.

g ¶ In capita. h̄ hodie in ſtirpes. vt.ſ.auten. poſt fratres ſm Jo.ſed aſs ꝯtra vt ꝛ habes iſti tu.de legi.ag. ſucceſ.§. hoc etiā ſucceſſionib⁹. ſcꝫ aliorum cognatorū qui ſunt vltra tertium gradum.

h ¶ Tenentē.vt ſucce dāt poſt agnatos ſerui.

i ¶ Noſtre ꝯſtitutiōis. quā habem⁹.ſ.de legi. tu.l.fi.ſed ibi contra in eo.ti.l.j. ſꝫ certe immo non eſt contra.ſꝫ ꝛ illa corrigitur per auf. ibi poſitam.

¶ Cōia de ſucceſ.ꝛc. Niſi teſtamentarijs ꝛ legitimis ſucceſſiōib⁹: quedam oim cōia dicit ſic inſti.de leg.§.ſ.

k Scire debui ſti.eā.ſcꝫ ſo rorem.

l ¶ Pari/ ter.quo ad vtrūq̄ eniꝫ deſinit eſſe agnat⁹.ſ.tā ad alterum emācipatū q̄ ad eā que in poteſta/ te remāſit.ſꝫ hodie con tra.vt.ſ.de leg.tu.l.iij.

m ¶ Solēniter. hodie tamen non exigit ſolen nitas in bonoꝝ poſſeſ/ ſione petēda.vt.ſ.q ad mi.ad bo.poſ.l.fi.§.pe nulti.

n Si pater. tuo ſo/ brino.i.filio pa truelis.vt.ſ.vnde leg. l.ſ.ꝛ inſti.de gra.§.v.

o ¶ Non interueniēte. ſcꝫ iure ciuili ſiue agna tione: vt q: fuit fili⁹ ſo/ roris patruelis ei⁹. Jtē no.q̄ in princi. dicit ſo brino tuo: q: hoc pro/ nomen tuo poteſt veni re ad determinationeꝫ precedentium. Jtem ſe quentium ꝛ ſic pōt di/ ci q̄ vel tuus vel tui pa tris erat ꝓpior ſobrin⁹.

p ¶ Hereditas.ꝛ p cō/ ſequens illius ꝓpio/ ris ſobrini.

q ¶ Eius. ꝓpioris ſo/ brini.

r Vitrico.hic pū/

quidē de ſcōi grad⁹ ſucceſſiōe ſatis abūdeq̄ a nobis cū ſumma vtilita te diſpoſita ſūt. ¶ Cū aūt ꝛ io ḡdu ex trāſuerſa linea fuerit loc⁹ vbi pa truis ꝛ filijs fratrū ꝛ ſoroꝝ locū an tiqtas dedicauit: vna cuꝫ illis tam emācipati fr̄is q̄ emācipate ſoro/ ris filiū tm̄mō ꝛ filiā ſiue emācipa/ tos ſiue ſuos ꝯſtitutos pr̄b⁹ ſuis et neminē aliū vlteri⁹: necnō fratris vterini ꝛ ſororis germane vl' vteri ne filiū ꝛ filiā tm̄mō ex legitia linea inuicē vocari cēſem⁹: ſicut iā ſanci m⁹ vt oēs q vl' ab aliq̄ iure vl' a no ſtra liberalitate i legitimoꝝ gdē po ſiti ſunt prerogatiua et eodeꝫ tertio gradu ſunt ſili iure vocent̄. ¶ Suc ceſſiōis videlicꝫ iure ꝛ in hac pte ſer uando: vt ſi q ex ſcōo gradu vocati renunciauerint hereditati: ꝛ nolue rint eā adire nullusq̄ ali⁹ ſit in ſcōo gradu q ſuccedere ei pōt: ꝛ nullus ſit q ſuccedere vult: tūc hi quos pre ſenti lege enūerauim⁹ ex tertio gra du i locū recuſātiū ſuccedāt. ¶ Il lo etiā obſeruādo vt ſucceſſio nō in ſtirpes: ſꝫ i capita diuidat̃. ¶ Cete ris oīb⁹ ſucceſſiōib⁹ ſm ius vſq̄ ad p̄ſens tp̄s obſeruatū procedētib⁹: ꝛ nullo ex cognat̃ p̄ter ſupra memo/ ratos grad⁹ ad iuris agnatitij for/ mā redigēdo: ſꝫ ſuū ordinē ſuāq̄ ꝓ ximitatem tenentem incorruptaꝫ. ¶ Quas aūt pſonaſ ex iure cogna tiōis in legitias ſucceſſiōes trāſueri mus eas etiā tutele grauami viciſ/ ſim ſupponimus.ſ. ſi maſculi ſint et pfecte etatis ſm nr̄e conſtitutionis tenorem vt non ſolum lucrū ſentiāt ſed etiam grauamini ſubiungentur. ¶ Si qui aūt caſus iam euenerūt: ꝛ per iudicialem ſniam: vl' amicabi lem trāſactionem ſopiti ſunt nullaꝫ ſentiāt ex hac lege retractationē.

¶ Cōmunia de ſucceſſionibus.

¶ Ad ſucceſſionem fratris emancipati pariter vocatur frater emncipatus cum ſo rore in poteſtate exiſtente.h.d. Salic.

¶ Impato.Dio. ꝛ Maximi.aa.ꝛ cc.Varanie. Titu.lviij. Lex.j.

Scire debuiſti fratre emācipato potioreꝫ eā q̄ in familia man ſit in alteri⁹ emācipa ti bonis non haberi. ſed eos pariter ſi ſolenniter petie runt bonoꝝ poſſeſſioneꝫ ſuccedere.

¶ Tutor prioris conſanguinei poteſt cō ueniri ab agnato eius herede. vt reddat ra tionem adminiſtrationis tutele. hoc dicit bal. vel ſic. Sicut hereditas per bonorum poſſeſſionem queſita tranſmittitur ita adi ta de iure ciuili.h.d. vl' quo ad tranſmiſſio nem non refert an hereditas ſit queſita de

cta: ꝛ facit.j̄.eo.affinitatis.

s Seruus.non pōt.fallit in caſib⁹.vt.ſ.ad ſill.l.pe.ꝛ.ſ. de ſuis ꝛ legi.l.apud.ꝛ.ſ.ti.j.ſi his.ꝛ.ſ.ad oꝛfi.l.fi.ꝛ.ff.de ſuis ꝛ legi.l.j. circa prin.ꝛ.§.queri.ꝛ.ff.ad tertul.l.j.in prin.ꝛ.§.interdū.nec econ/ tra ſuus pōt eſſe heres vel dn̄s per eū cognatis ſerui iure naturali in/ ſpecto.vt inſti. de ſui. cogna.ꝛ.§.e.ancille.

iure ciuili vel pretorio Salicetus.

¶ Jidē.aa.ꝛ.cc.appollina. Lex.ij.

Si pr̄ tuus ꝓpiori ſobrino tuo agnato ꝯſtituto ꝛ inteſta to defūcto iure ciuili adita hr̄ditate vel h̄ ab initio nō interueniēte ſiue capitis diminutiōe pēpto ſolēniter bonoꝝ poſſeſſiōe admiſſa ſucceſſit: ac tibi pr̄is tui hr̄ditas q̄ſita eſt: adi re preſidem prouincie debes: ac tu torem eius de tutela conuenire.

¶ Vitrico non defertur priuigni ſucceſ ſio hoc dicit Salyce.

¶ Jidem. aa. ꝛ.cc.vlpia. Lex.iij.

Vitrico priuigni ſucceſſionē inteſtati ciuili vel honorario iure nō deberi: certiſſimum eſt.

¶ Seruo nemo ſuccedit. hoc dicit idem in monacho.vt in auten.ingreſſi: et omnia iura loquentia in ſeruo habent locum in monacho ſm inno.in.c.cū olim extra de priuilegijs.Baldus.

¶ Jidem.aa.ꝛ.cc.aſterio. Lex.iiij.

Seruus ſucceſſoꝛē habere nō poteſt.

¶ Priuignus nō ſuccedit nouerce p ſe ſed p media pſonā natoꝝ ex ea q ſunt fra tres ſui ex latere patris.h.d. Bald. vl' ſic. Ad ſucceſſionem amite primo vocantur filij q̄ nepotes ꝛ in ſucceſſione amitinoꝝ potiores ſunt eoꝝ fratres ꝯſanguinei tan tū vel vterini q̄ eorū amitini. ꝛ fratribus nō extātibus amittini vocantur. Salyce.

¶ Jidem.aa.ꝛ.cc.iuſtine. Lex.v.

Amite cui ſucceſſiſſe filios ſu os proponis: hereditatē tuo noīe nō recte petis. ¶ Sꝫ q̄ſi hos etiā inteſtatos diē functos aſſeue/ ras: ſiquidē hi q̄s priuignos eiuſdē amite dicis eoꝝ ꝯſanguiei fuerit: fratres tā agnatiōis q̄ cognatiōis iure ſcōo gradu ꝯſtitutos tibi pfer ri nō ambigit̃. ¶ Naꝫ ſi amitinis tuis.etiā alio pr̄e natis nun̄q̄ eorū matris priugni ſunt: admiſiſſe te bo norum poſſeſſionem probas: eorū vendica ſucceſſionem.

¶ Auuncul⁹ prefertur filijs materterē. hoc dicit Salice.

¶ Jidē.aa.ꝛ.cc.publicano. Lex.vj.

Auunculo priori qui eſt i ter tio gradu q̄ cōſobrino qui ſequentem occupat deferri ſucceſ ſionem inteſtati certi iuris eſt.

¶ Affines q habentur ratione vxoris vi ro non ſuccedunt.h.d. Sali.

¶ Jidem.aa.ꝛ.cc.nicolao. Lex.vij.

Affinitatis iure nulla ſucceſ/ ſio permittitur.

¶ Quādiu ſuccedi poteſt ex teſtamento ceſſat ſucceſſio ab inteſtato.h.d.Saly.

¶ Jidem.aa.ꝛ.cc.iuſte. Lex.viij.

Anteq̄ ſcriptus heres cuiuſ cūq̄ portionis capax repu diet hereditatē vel alia ratione que rēde facultatē amittat ei q teſtamē

t Amite.ſ.tue.

v ¶ Etiam. nō ſolum amitā prius.

x ¶ Dicis. q: maritus amite habuit ex alia pre cedenti vxore.

y ¶ Cōſanguinei.puta nati ex eodē pr̄e ex alia tamen matre.

z ¶ Ambigitur.vt.ſ. ti.j.l.Accur.

a ¶ Nam ſi.ꝯtrue.naꝫ ſi priuigni matris eoꝝ. ſcꝫ amitinorum nun̄q̄ ſunt.i.nō attinent ami tinis tuis alio etiam pa tre natꝫ.i.alio viro quē ante vl' poſt habuit. nō ex eo ex quo priuigni na ti ſunt non ſolū ex alia matre. Accur.

b ¶ Patre.pcedēte.ſcꝫ amite mee nō ex pſenti vnde ſunt priuigni.

c ¶ Admiſiſſe te.quod hodie fit quocunq̄ mo do agnoſcat.vt.ſ. q ad mit.ad bo.poſ.l.fina.ꝛ penul.

d ¶ Vēdica. per vnde cog. q̄ q̄ mater eoꝝ ſit agnata.vt inſti. de leg. agna. tu.§.j.

e Auunculo pori. id eſt prius.

f ¶ In tertio gradu. vt inſti.de grad.§.iiij.

g ¶ Sequentē.ſ. quar/ tu.vt iſti.de grad.§.v.

h Affinitatis.per/ mittitur.vt.ſ. eo.l.vitrico. ſed hic fal lit inter virum ꝛ vxo/ rem qui ſuccedūt inter ſe cum alij deficiunt.vt ſ.vnde vir ꝛ vxor.l.j. Jtem in alio caſu q eſt ibidem in autenti.pre/ terea. Jtem in tertio ſuc cedit maritus vxori cū filijs eius emancipatis a patre ꝛ cum nepoti/ bus ex filia: vt viriles habeat partes vſufru/ ctus. vt.j̄.titu.j.l.pe/ nul.quia vir ꝛ vxor vi dentur eſſe affines. vt ſ.cōmu.vtri.iud.l.poſ ſeſſionum. ꝛ.ff. de cō. cau.da.q ſi ſeruus. Sꝫ verius eſt q̄ non ſunt affines cuꝫ affinitas nō ſit niſi aliqua perſona mediante ſed matrimo nium facit cauſam affi/ nitatis. vt.ff. de gradi. l.nō facile.§.affines.ꝛ ſic nullo modo fallit.

Vir et vxor quā doq̄ ſuc cedūt in/ ter ſe.

i Anteq̄. repudi/ et.volens.

k ¶ Querende. heredi tatis.

l ¶ Amittat. inuitus.

a ¶ Succedit.ꝙdiu ꝗ ⁊c. vt hic.⁊.ſ.de ſec.tab.l.j.⁊ vnde li.l.ij.⁊.ff. de acq.hereditate.ꝙdiu.⁊ de reg.iur.l.ꝙdiu.ſed hoc fallit in caſu vt inſtituo te heredẽ ſi legitimꝰ meꝰ noluerit.vt.ff.de heredi.inſti.l.ſi qs. ita heres inſtituat̃.Itẽ in alio.vt.ff.vnde lib.l.pe.q̃eſt cõtra. Sed ibi fuit filius inſtitutꝰ ſub cõditiõe emãcipatiõis ſi emãciparet̃ infra certum tẽpus ⁊ iã erat elapſu3 cum adiuit ab inteſtato ſic ex teſtõ ſuccedere non poterat ⁊c.

b ¶ Ancille. vẽdicare nõ põt.vt.j. de liber.ca.ſi liber hõ.

c ¶ Nutritoribus. hẽditaſ.ſiue dicas nutritorẽ alumnu3 quẽ pueri hoĩ.patrẽ appellãt ſiue eũ qui colligit expoſitũ.vt.j.de iſa.l.fi.⁊.ſ.de epiſ.⁊ cle.l.nemi.Sed iure hoſpitãdi vel hoſpitationis ex cõſuetudine quidã vendicãt ſibi ſucceſſione3. qđ hodie corrigit̃ ꝑ auten.nouã federici qua3 hic lege oẽs peregrini.

d ¶ Omnes ꝑegrini.in bona ꝑte accipe.vt inſti.de her̃.inſti.§.fi.nõ i deportatis vl' relegatis ſicut accipiunt̃.ſ.de here.inſti.l.j.qui nõ hoſpitant̃ vbi volũt:ſ3 tenere debent inſulã ſibi aſſignatã.al's puniũtur vt eis augeatur pena. vt.ff.d penis.l.relegati.

e ¶ Libere. apud eos q voluerũt recipe.nã nemo cogit̃ recipe. vt.ff. nau.cau.l.j.§.j.

f ¶ Libera3.dũmõ ſm ius teſtent̃ cõe.vt.ſ.de inof.teſta. ſi qñ nec obſtat ꝙ nihil videat̃ facere hec conceſſio:cum ⁊ hoc ãte habebãt. vt.ff. de leg.j.ſi qñ.qꝛ imo ex cõſuetudine non habebãt.vt hic ſubijcitur.

g ¶ Ex conſuetudine. mali eni3 mores ⁊c. vt in aut̃. vt nulli iudi.§.j. coll̃.ix. Item nota cõtra ſtatuta terraru3. ſic ⁊.ſ.de ſacroſan. eccle. ſuper.l.priuilegia.aut̃. caſſa ⁊ irrita.

h ¶ In eo puniant̃.nota que3 puniri in eo in quo deliquit.ſic in aut̃. de nõ alie.§.ſi qs aute3 per donationẽ.col.ij.

i ¶ Sancimus.maritali. vt ſi lucratꝰ fuerit dotẽ vir ex pacto vel donationẽ ꝓpt̃ nuptias mulier ſil'r ex pacto. Et idẽ ſi quodlibet legatũ vel donatione3 inter ſe faciũt q̃ valeat. vt.j.de bo.q̃ libe.l.quecũq3.in prin.⁊ arg.ff.de caſtrenſi pecu.l.caſtrenſe.⁊.l.ſi forte.

k ¶ Deſtinatus eſt.per leonẽ vt dicta.l.j.de bo.q̃ libe.l.quecũq3.

l ¶ Ex eodem.i. vtrinq3 coniunctos.

m ¶ Ex materna.ideo de his dicit:qꝛ tpe iſtarũ legũ non acquirebantur filijs in poteſtate ꝯſtitutis ex cã aduenticia niſi res materne hodie ergo cũ aduentitia non acquirũtur patri.vt.j.de bo.que lib.cum oportet.idem in eis ſeruaret̃ ꝙ in iſtis ſeruatur.vt in aut̃.de cõſang.⁊ vte.fratribus.§.⁊ his cõueniens.col.vj.

tum reliquit ab ĩteſtato nemo ſuccedit[a]. ¶ Igitur ꝓſpicis ꝙ teſtamentarie ſucceſſionis ſpe durãte ĩteſtati bona defuncti non recte vẽdicẽtur.

¶ Per cõtubernium cũ nõ conſtat matrimoĩũ ſucceſſio nõ defert̃.h.d.bal.vl' ſic. Dominus ancille nõ ſuccedit ei cum quo contubernium fecit hoc dicit Salice.

¶ Iidem.aa.⁊.cc.ſacrato. Lex.ix.

Ancille dominus liberi hominis cum quo cõtuberniu3 hec habuit: per hanc coniunctionẽ ſucceſſionem vendicare nõ poteſt[b].

¶ Iure nutricationis ſucceſſio nõ acqritur.h.d.Bal.Uel ſic.Alito non ſuccedit alens.hoc dicit Salice.

¶ Iidem.aa.⁊.cc.Danubio. L.x.

Nutritoribꝰ hoc noie nec ciuili nec honorario iure defertur hereditas[c].

## In auten. de ſta.⁊ cõſue.§.oĩs peregrini.colla.x. Conſtitu.fi.

¶ Si aduene peregrini decedant teſtati eorum voluntas ſeruari debet.⁊ ſi inteſtati veniũt proximiores ſibi:⁊ bona que ſecũ habẽt epiſcopo loci debẽt tradi ſucceſſoribus defũcti ſeruaturo: vel in pias cauſas erogaturo:hoſpitãtibus eos ab eorum bonis ſub pena tripli ſemotis. h. d. Salyce.

Omnes peregrini[d] ⁊ aduene libere[e] hoſpitẽtur vbi voluerint. ¶ Et hoſpitati ſi teſtari voluerint de rebus ſuis liberã[f] ordinandi habeant facultatẽ.quorũ ordinatio incõcuſſa ſeruet̃. ¶ Si ỽo ĩteſtati deceſſerint ad hoſpitẽ nihil ꝑueniet ſed bona ipſoꝝ ꝑ manꝰ epĩ loci tradant̃:⁊ ſi fieri põt heredibꝰ tradant̃ vel in pias cauſas erogent̃. ¶ Hoſpes vero ſi aliqd ex taliũ bonis cõtra hãc ꝯſtitutionẽ noſtram habuit epõ triplum reſtituat quibꝰ viſu3 ei fuerit aſſignãdũ:non obſtãte ſtatuto aliquo vel cõſuetudine[g] vel ꝓuilegio q̃ hactenꝰ ꝯtrarium inducebãt ¶ Si qui aũt ꝯ hãc noſtrã conſtitutionẽ venire ꝓſumpſerint: eis de rebus ſuis teſtãdi interdicimꝰ facultatem vt in eo puniantur[h] in quo deliquerunt: al's prout culpe qualitas exegerit puniendi.

¶ Iure iſto ad ſucceſſionem fratris: etiã in ꝑtãte moriẽtis tã in lucris nuptialibus ꝙ in bonis maternis:ꝑrĩo veniunt eius liberi.Scđo eius fratres. tertio pater. vſufructus tamẽ debetur in cuius ſunt poteſtate.h.d.Salyce.

n ¶ Uſufructu rerũ.⁊ hec eſt rõ.qꝛ defunctꝰ erat in ꝑtãte.vt hic.⁊.ſ.ad tertul.l.fi.in fi.aliogn pater viuẽte filio nõ haberet vſufructũ: ſed eo mortuo haberet ꝓ heſſe vna cũ mr̃e.vt.ſ.ad tertul.l.fi.§.ſinautem defuncta.ſ3 ꝑ aliã legẽ.ſ.de leg.here.l.de emãcipatis.q̃ corrigit illam ad tertullianũ h3 totu3 vſufructum. S3 hodie iſta lex eſt prorſus correcta:cũ pater admittatur ad ſucceſſionẽ etia3 extãtibꝰ fratribꝰ. vt.ſ. ad tertul. aut̃. defũcto. ⁊.ſ.titu.j.aut̃.ceſſante. Itẽ ⁊ qꝛ fit hic mẽtio de fratribꝰ vtriq3 ⁊ ex vno latere tm̃ ſibi cõiunctis qual'r inter ſe ſuccedãt.

¶ Imp.iuſti.a.demoſte.ꝑ.ꝑ. L.xj

Sancimꝰ quẽadmodũ de his rebꝰ q̃ liberis in ſacris ꝯſtitutis ex occaſiõe maritali[i] acqſite ſunt certꝰ ordo deſtinatꝰ[k] eſt: vt ſi qs ex his ab hac luce fuerit ſubtractꝰ ꝑs eiꝰ quã lucratꝰ ẽ ad eiꝰ liberos vl' nepotes vl' ꝓnepotes ꝯcedat̃: qbꝰ nõ extãtibꝰ ad frẽs ſuos ex eodẽ[l] matrimonio ꝓgenitos: vl' ſi ẽt nõ ſuꝑſint ad frẽs ex alijs nuptijs procreatos. ¶ Cũq3 nemo eoꝝ fuerit relictus: tũc ad pr̃e3 ꝑueniat:ita ⁊ de his q̃ ex materna[m] linea ꝑ quãcũq3 occaſionẽ ſunt acqſita: vel ĩter viuos: vl' ꝑ vltimã diſpoſitionẽ: vl' ab inteſtato deſcẽdũt ſil'is ordo ſeruet̃. Primo in filij vel filie ſucceſſionẽ poſteritate eiꝰ vocãda:eaq3 nõ iuẽta fraterno ꝯſortio eiuſdẽ vel alieni mr̃imonij ſm ꝓdictũ ordinẽ accerſito: tũc ad vltimũ locũ pr̃ a legibꝰ cõclametur ⁊ ſui filij nõ gratã hr̃ditatẽ relictã ſed triſte lucrũ ſibi lugeat acquiſitũ. ¶ In oibꝰ videlicet caſibꝰ: ſc3 in ſuꝑſtite ſobole liberoꝝ ⁊ fratribꝰ adhuc viuentibꝰ q ad hereditatem defuncti patrẽ antecedant. vſufructu reꝝ[n] quaꝝ dñiu3 ad eos[o] peruenit apud parẽtes permãſuro[p].

## In auten. de ꝯſang. ⁊ vte. fra. §.j.collatio.vj. Conſtitu.fi.

¶ Fratres ex vtroq3 parente ꝯiuncti in ſucceſſiõe fratris inteſtati preferunt̃ alijs ex altero tantum parente cõiunctis in oibus bonis.h.d.Saly.

Itaq3[q] mortuo patrefamilias ſi filius[r] decedat inteſtatus[s] ſine liberis relictis fratribus ⁊ alijs conſanguineis ⁊ alijs vterinis quibuſdã ex vtroq3 parente[t] coniũctis in eos ſolos trãſmittit hereditatẽ qui vtroq3 latere cõnexi ſunt.

¶ De bonis maternis et materni generis.

¶ In rebꝰ maternis delatis filio i poteſtate ꝯſtituto pater habet hodie ſolũ vſumfructũ ⁊ ꝓ ipſis rebus ꝓſequẽdis etiã in iudicio pater habet legitimã ꝑſonã ac ſi eorũ ꝑfectũ haberet dominiũ.nõ tamẽ põt illas alienare in ꝑiudiciũ filioꝝ ſ3 ſui ſic et eiꝰ fideiuſſoris.h.d.Sali. Diuidit̃ ſic. Primo ponit qđ ius habet pater et filius in bonis maternis. Scđo cui cõpetat eoꝝ adminiſtratio. Tertio interdicit eorũ alenationẽ ſcđa ibi parentes.tertia.ibi.ita vt.Salice.

o ¶ Ad eos. filios vel fratres.

p ¶ Permanſuro. in re poteſtatis.

q ¶ Itaq3.lex enim codicis loquit̃ patre viuente tm̃.

r ¶ Filius. poſt mortẽ patris.

s ¶ Inteſtatꝰ. vnus de liberis.

t ¶ Utroq3 parẽte. dic mortuo aliquo qui frẽs h3:aut em̃ ſunt vtrinq3 cõiuncti ⁊ ſuccedunt ei aut ex vno latere tm̃ puta vterini tm̃: vel ꝯſanguinei tm̃:⁊ tũc idẽ. vt ſ.ti.j.aut̃.ceſſante.⁊ auten.poſt frẽs ex vtroq3 parẽte: aut ꝯſanguinei tm̃. Itẽ ⁊ vterini tm̃:et tũc pariter admittũtur: qꝛ agnatio nõ differt a cognatõe. vt dicta aut̃. ceſſante.⁊ hoc in boniſ a ſe q̃ſitis. In bonis aũt queſitis a pr̃e ꝓferũtur cõſanguinei tm̃:in q̃ſitis a mr̃e ꝓferunt̃ vterini. vt.ſ.ti.j. de emancipatis.in fi. Itẽ ⁊ in cor. huiꝰ aut̃.in fi.dixit ſuã da vetera iura.ſ3.P.dixit illã.l.de emãcipatis in fi.corrigi. nã dicit h indiſtincte vtrinq3 cõiũctos ꝓferri illis q ex altera ꝑte tm̃ ꝯiũcti ſũt: ⁊ ſic in paternis ⁊ maternis. ꝗ ⁊ ibi vbi ſunt vterini tm̃ ⁊ ꝯſanguiei tm̃ non d3 fieri hoꝝ honoꝝ diſtictio. Itẽ dicta aut̃.ceſſante ⁊ poſt fratres dicit vterinos ⁊ cõſanguieos ſimul admittẽdos cum non differat agnatio a cognatione: nec diſtinguit paterna bona a maternis. vl' ab his q̃ aliunde q̃ſiuit.ſed hoc nõ placet. nã ⁊ ibi aliq̃ habet̃ differẽtia inter vtrinq3 ꝯiunctos ⁊ eos q ex vno latere tm̃. Aut ſunt vtrinq3 ꝯiũcti cũ ꝯſanguineis tm̃: vel cũ vterinis tm̃: vl' cu3 vtriſq3.i.qꝛ ſunt ꝯſanguinei tm̃:⁊ vterini tm̃ cũ vtrinq3 ꝯiũctis:⁊ tũc vtrinq3 cõiuncti preferunt̃ in bonis vndecũq3 q̃ſitis: vt hic:qꝛ duplicia iura habẽtes preferunt̃ vnum habentibꝰ tm̃. vt ⁊ in cor.§.hec omnia.⁊.ſ.de edic.diui adria.tol.l.fi.§.j.

¶ De bonis maternis ⁊c. Dixit.ſ.de iure qđ habemꝰ i bonis mortuoꝝ:nũc vult dicere de iure qđ habemus in bonis viuentiũ.⁊ hoc et ſeq.ti.

Hoſpitatiõis iure qs nõ ꝑt ſibi ſucceſſione3 vẽdicare

Pat̃ ſuccedit filio fratribus etiã extantibus.

Frẽs cõſanguinei tm̃ ⁊ vterini tm̃ vl' cõſanguinei ⁊ vterini ſil'r ãpari ſuccedant in bonis defuncti fratris.

ſeq.ti. Uel dic: qꝛ quedam ſpecialia ſeruantur in ſucceſſione delata fi-
lijs a linea materna: ideo de ea ſucceſſione ſpecialiter dicit. nam non
queriť patri ſicut alie ſucceſſiones ei delate ſm hec tēpora ante iuſti-
nianū. vel hactenus de ſucceſſionibus patrū familias dictū eſt tā ciui
libus ꝙ ꝑtorijs. Item tā teſtatis ꝙ inteſtatis. nūc de ſucceſſione filijſfa
milias. porro ſuccedi
eis non pōt: niſi habeāt
aliquid ſuū in quo ſuc-
cedať eis: ꝑdicendū er-
go fuerat quib⁹ modis
res earum fiant. ⁊ pri⁹
quidē quomodo ꝗratur
eis aliquid a matre vel
a linea materna ⁊c̄.

[a] Res que. iuſ
ātiquū om-
nia acquiſi
ta per filiū
familias preter caſtren
ſe vel quaſi dabat patri
bus. ſꝫ hac. l. ſtatuit cō-
ſtantinus nouū ius in
oibus que veniūt a ma
tre. ſequēs lex extendiť
ad omnia que ex mater
no genere veniunt at ꝑ
iuſtinianū ad omia ad-
uentitia. vt. ꝭ. tit. j. l. cū
oportet.

b Facultatē. habeāt.

c Rei. tuende.

d Procuratorē. ordi
natum a ſe lite cōteſta-
ta vel a filio cū volūta-
te patris. vt arg. ꝟ. de ꝑ
cu. l. neqꝫ. vel dic ordi
natum ad negocia ſiue
repetitiōes extra iudici
um. vt. ff. mā. ſi procu-
ratorem. §. j.

e Atqꝫ ita oia. ſuban
di predicta: al's falſum
eſſet qꝛ vendere nō po
teſt: vt h̄ ſubijcit quod
poſſet ſi eſſet dñs.

f Legitimā. ergo de
calūnia iurabit cum ha
beat legitimā admiſtra
tionē. vt. ꝟ. de iureiur.
l. ij. §. j. ⁊ ibi plene dixi.
Itē an erat cōcipiēdus
libellus de filio qꝺ vi-
deť. vt. ff. de admi. tu. l.
j. §. ſufficit. ⁊. ꝟ. de epiſ.
⁊ cle. auť. cā que. an de
p̄re qꝺ videtur. vt. ꝟ. de
epi. ⁊ cler. omēs qui. §.
hoc nihilomin⁹ obſer-
uādo. ⁊ auť. ſed hodie.
ſed quocūqꝫ modo fiat
nō eſt vis qꝛ pater ſem
per reſpōdet: ⁊ de calū
nia iurat.

g Uel ignorās. qꝛ ꝗ
vēdere nō pōt actiōes:
tn̄ exercere poteſt: vt h̄
Sed argu. ꝯ. ff. de iure
deli. ait pretor. §. eſt em̄
abſurdum.

h Docere. docet em̄ mentiri. ⁊ ſic ſi vult dꝫ inuenire emptorem.

i Accipere. etiā vēditore inuito ꝗſi immineat euictio in limine cō-
tractus. vt ⁊. ꝭ. de euic. ſi poſt. ſic ⁊ al's dat venditor fideiuſſorez inuit⁹
vt in auť. de fideiuſ. §. qꝺ aūt. in fi. §. col. j. Item no. tenere ꝯtractuꝫ in
preiudiciū patris ⁊ fideiuſſoris lꝫ nō in preiudiciū filij. vt ⁊. ꝟ. de ꝑdñs
mino. ⁊ ſi is. ⁊ ſic nō obſtat. ꝟ. de legi. ⁊ conſti. non dubium.

k Preſcriptionē. niſi. xxx. an. quā dicūt currere etiā eo in ptāte po-
ſito qꝺ nō placet. vt. ꝭ. de an. exce. l. j. §. fi. ⁊ hoc in fi. Adiūge auť. niſi
⁊c̄. q eſt de nup. §. ſi vo expectet. col. iiij. ⁊ determinat qꝺ hic dicit.

l Uendicātibus quere. vt. ꝟ. de rei vendi. cum a matre.

m Niſi. dñs. no. ꝑ opiniōe. M. quē fieri dñz directe ꝑ ꝑſcriptio

Imperator Conſtanti. a. conſu. libie. **Titu. lix. Lex. j.**

Res que[a] ex mr̄is ſucceſſione ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato fuerint ad filios deuolute: ita ſint in parentū ptāte vt vtēdi fruēdi dūtaxat habeāt in diē vite facultatē[b] dñio videlicet earū ad liberos ptinente. Parentes aūt penes ꝗs maternarū rez vtēdi fruendiqꝫ tm̄ poteſtas eſt: omnē debēt tuēde rei[c] diligentiā adhibere: ⁊ qꝺ iure filijs debetur in examine per ſe vl' procuratorē[d] poſcere: ⁊ ſumptus ex fructibus impigre facere: ⁊ litem inferentibus reſiſtere: atqꝫ[e] ita omia agere tanꝗ ſolidū perfectūqꝫ dñium eorū eis acquiſitū fuiſſet: ⁊ pſonaz gerāt legitimā[f]. Ita vt ſi quam rē alienare voluerit: emptor vel is cui res donať obſeruet ne vnqꝫ ptē earū rez quas alienari ꝓhibitū eſt ſciens accipiat vel ignorans[g]. docere[h] em̄ pr̄ dꝫ ꝓprij iuris eā rem eē quā donat aut diſtrahit: ⁊ emptori ſi velit fideiuſſorez licebit accipere[i] quia nullā poterit ꝑſcriptionē[k] opponere filijs qñcūqꝫ rē ſuā vēdicātib⁹[l].

In auten. de nup. §. ſi vo expectet ver. itermiať. col. iiij. **Cōſti. j.**

Iſta auť. dicit expreſſe ꝙ poſſeſſor dicitur dñs cōpleta ꝑſcriptione ꝗ tn̄ non currit filio in poteſtate poſito. h. d. Baldus.

Niſi tricēnale ſic trāſeat tp̄s quo poſſeſſor dñs[m] fit ⁊ detētatio dños accipientes faciat: vel ꝯſtituat tp̄e icipiēte filijs currere: ex quo ſue ptātis eſſe apparuerit[n]: niſi tn̄ aliquē impuberem[o] etas adiuuet.

Prouēta filio ex gn̄e materno quocūqꝫ titulo patri acquiruntur ſolum quo ad vſumfructum eius morte finiendū: ⁊ ideo ꝑ patrē non poſſunt alienari: nec eo mortuo teneť filius illa cōferre h. d. Salice.

Imperatores Archa. ⁊ Honori. aa. floro. pre. pre. **Lex. ij.**

Quicquid auus auia ꝓauus ꝓauia ex materna linea venietes nepoti nepti ꝓnepoti[p] pronepti teſtamēto vel fideicōmiſſo legato donatiōe vel alio ꝗlibet titulo largitiōis vel etiā inteſtati ſucceſſione intulerint: pr̄ filio filieue integra illibataqꝫ cuſtodiat vt vēdere: donare: relinquere: alteri obligare: ſicut nec materna bona nō poſſit: vſufructu dūtaxat ad eū ptinente. Ita vt quēadmodū ipſe[q] ſup his reb⁹ licentiā[r] toti⁹ poteſtatis amittit[s] defuncto[t] eo: filio filieue ꝑcipua cōpu tētur: nec ab illis qui ex patre[u] ſunt coheredes vendicentur[x].

Si oēs filij quibus aliquid puenit ex ſucceſſione materna ſunt in ptāte pater totius hꝫ vſumfructū. ſi autē omēs ſint emācipati in vſufructu admtttitur pro virili ſi vero ſunt mixti vſumfructum portionis eorū qui ſunt in ptāte retinet in totū. emācipatorū vero pro virili ⁊ hec habent locū in nepotibus ⁊ ꝓnepotibus. Salice.

Impera. Theo. ⁊ Ualēti. aa. ad ſenatum vrbis rome. **Lex. iij.**

Si viua matre emācipati ſunt filij ⁊ poſtea mater deceſſerit qm̄ omni cōmodo deſtituitur[y] pater: neqꝫ retinet vſumfructum: viriles ei inter filios: ſiue vn⁹ ſiue plures ſint vſufruct⁹: tribuim⁹ portiones. Sinuero moriens alios ex filijs emācipatos a patre alios i patria ptāte dimiſerit in h̄ caſu diſpari vtetur maritus defuncte bn̄ficio. quo caſu vtriqꝫ[z] ꝑſcripſimus[a]. i. circa eoꝝ quidē portionē qui adhuc in ſacris retinētur vſumfructum ex legum auctoritate retinebit pr̄: ⁊ premiū delate: cū volet: emācipatiōis accipiet[b]. In eoꝝ vo pte quos extiſſe de ptāte viua mr̄e ꝯſtiterit vſumfructū virilis iter eos portiōis ſm ꝑſcripta[c] ꝑcipiat. In nepotib⁹[d] etiā vel neptib⁹ hoc obſeruādū eſſe cenſem⁹: vt marit⁹ qui vxore mortua nō exiſtētib⁹ filijs cū ſolis nepotibus vel neptibus ex hac[e] lege ad emolumentū vocādus[f] eſt. ſi vnus vel vna plureſue nepotes ex filio vno vel pluribus qui in ptāte defecerūt ꝓcreati ſunt: hoc iure vtatur qꝺ de filijs ꝯſtitutū[g] eſt. Nam lꝫ hoc nouū pn̄s lex ꝯſtituat[h] in nepotes: nō eſt tn̄ ab re vt in hoc caſu deteriores[i] eē nepotib⁹ filijs nō ſinať.

nē. xxx. vel. xl. an. ſic ⁊. ff. de dā. infec. l. ſi finita. §. iulian⁹. ⁊. l. dāni. in Preſcri-
prin. ⁊. ff. de vſuc. l. eū q. circa ꝑn. ⁊. ꝭ. de vſufr. in ꝑn. ſꝫ Io. dicit acqri ptione an-
vtile dñiū. i. effectū dñij. ⁊ ſatis in idē recidit. Et ad ꝑdictas. ll. ſemp ꝗrať dñiū
rn̄det vt ſp ſubaudiať ꝗſi. dicūt ꝗ vſucapiōe acqri directū dñiuꝫ. vt. ꝟ. directuꝫ.
de pac. l. traditionib⁹. Sꝫ poſt ꝑſcriptionē. xxx. vel. xl. an. ſi bona fide
poſſedit hꝫ exceptiōem
⁊ publicianā actionē. i
mo vtilē in rē. ⁊ ita acq
rit vtile dñium vl' effe
ctuꝫ dñij. ⁊ ꝑ hoc. ff. de
pig. l. j. §. cū ꝑdiuꝫ. ⁊. ꝭ.
de ꝑſcrip. lōg. tēp. l. ſup
⁊. ff. de reg. iur. ſi duo.
§. iulian⁹. Si vo mala
fide: acqrit ſolam exce-
ptionez. in ꝑſcriptione
vero. x. vl'. xx. an. habet
vtrūqꝫ. vt. ꝭ. ꝺ ꝑſcr. xxx
an. ſi quis emptionis.

n Apparuerit. non
autem pri⁹ cū agere nō
poſſint. vt h̄. ⁊. ꝭ. tit. j. l.
quocūqꝫ. §. fi. ⁊ de an.
excep. l. fi. in fi.

o Impuberē. nā con Preſcri-
tra ipuberē nō currit ꝑ ptio an
ſcriptio talis. vt. ꝭ. de ꝑ currat cō
ſcri. xxx. an. ſicut in rē. tra mino
ſꝫ ꝯ aliū minorē currit. rem.
ſed reſtituiť: vt dixim⁹
ꝟ. in q. cau. in integ. re
ſti. nō ē neceſ. l. fi. ⁊. d.
l. ſicut in reꝫ. Itē no. ꝙ
hec auť. logť in lucris
nuptialibus tm̄: ſꝫ hec
trahimus ſm Io. ⁊ oēs
ad oē aduentitiū lucrū.

p Quicqd. prone
poti. ꝗſi. ſ. iure
inſtitutionis.

q Ipſe. ſ. pater.

r Liciaꝫ. vtēdi fruēdi

s Amittit. ſ. pater.

t Defūcto eo. ſ. p̄re.
ac. ⁊ ſic ē plana. ſꝫ. P.
dixit mortuo eo. ſ. filio
aſſerēs morte filij finiri
vſūfructū p̄ris qꝺ ē fal
ſuꝫ. vt. ꝟ. ad tertul. l. fi.
⁊ i auť. ꝺ heř. ab iteſ. cir
ca ꝑn. ⁊. ꝟ. ti. j. l. fi. in fi.

v Ex p̄re. al's ex par-
te: ⁊ al's ex patre.

x Uēdicenť. vt ⁊. ꝟ.
de col. l. fi. ⁊. ꝭ. ti. j. l. ꝗcū
qꝫ. ⁊. l. cum oportet.

y Si viua. ꝺſtituiť.
ſm ius antiquū.

z Utriqꝫ. ſ. caſui.

a Preſcripſim⁹. i. di
ximus quid iuris ſit.

b Accipiet. i. dimit-
tendo eos in ſacris.

c Preſcripta. dicta
hac. l. ſꝫ nūqd idē in ce-
teris aduentitijs hodie.
rn̄. nō: qꝛ hec lex iō hoc
admittit: quia deceſſit
vxor hui⁹ viri qui vnū
corpus erat cū eo: ⁊ ei⁹ fruebať bonis ea viuente. Et ſic no. caſuꝫ quo vir ſucce-
ſuccedit vir vxori in aliquo. vt no. ꝟ. de ſuc. l. affinitatis. dit vxori in aliquo

d In nepotibus. quicqd ſequiť vno vbo dixiſſe potuit. ſ. idē eſt i ne
potibus ⁊ ꝓnepotibus ⁊ ceteris in ptāte conſtitutis vel emācipatis.

e Ex hac. l. ſcꝫ ſi ſunt nepotes iſti emācipati: vt ⁊ de filijs dixit. al's
totū hꝫ pater vſumfructū. vt. ꝟ. ad tertul. l. fi. §. fi. ⁊. ꝟ. proxi. §.

f Uocādus eſt. in bonis vxoris que eſt auia nepotuꝫ. Et dic vel in
totū veluti ſi ſunt in ptāte vel in virilem ſi emancipati.

g Conſtitutū eſt. ſ. diſtinguitur ſint in poteſtate vel non.

h Conſtituat. ſ. contra eos. i. in necem eorum.

i Deteriores. vt filioꝝ quidem iura per partes minuātur: nepotum

vero immutilata iura seruentur.
a ¶ Habeat. nunc separat. qđ. s. cõiunxit.
b ¶ Premiū. quod est hodie dimidium vsufructus. vt. j. ti. j. cū opor/tet. §. cum autem. ⁊ insti. per quas perſo. no. acqui. §. hoc quoqꝫ.
c ¶ Accipiat. qđ est hodie dimidia vsufructus.
d ¶ Uel si. manumit/tit. post mortem auie ⁊ semper dic. i. emancipa ti. vt. ff. qñ ac. de pe. est an. l. j. §. j.
e ¶ Nõ si nepotes. di/xit de nepotib⁹ filiꝫ qui remāsit i potestate. nūc ponit de nepotib⁹ filiꝫ emācipati vel filie. sub iungitur postea de mi/xtis. id est quando ali/qui sunt i potestate aui aliqui non.
f ¶ Emancipato. post eius emancipationem. ⁊ sic non sunt in pote/state aui. vt institu. qui bus modis ius pa. pote sta. sol. §. fi.
g ¶ Ab ipso. s. auo.
h ¶ Nepotes. ex altero filio.
i Omnem. firmi tatem. vt bona eius eo cōuolante ad se cūdas nuptias filijs no mine rerū maternaruꝫ sint obligata: ⁊ reserue tur hec commoda filijs p̄mi matrimonij. vt. s. de secū. nup. si ḡs prio/ris. §. i nullo. Uel dic q̄ facit mentionem de tribus superioribus le/gibus.
k ¶ Uoce. vt. j. ti. j. cū oportet. §. nō autem.

Cõtinu/atio.

¶ De bonis q̄ lib. ⁊c. Superiori titulo modi cum quid dictuꝫ est de bonis filijsfamilias ob uenientibus. Nunc au tem generaliter ponit de oībus bonis eis ex q̄ cunqꝫ causa obuenien tibus: ⁊ administratiōe patri in talibus compe tenti. azo. Generalior est hic ti. q̄ superior. cū superior de legatis a li nea materna: hic gene raliter vndecunqꝫ ve/niant.
l Cum vene/rāde q̄ sunt s. ti. j. ⁊. l. j. ⁊. l. ij. ecce ergo quō lex ista ampli at ius illud.
m ¶ Filijs. supple ma ternis.
n ¶ Materna. aliena.
o ¶ Quocunqꝫ titulo. restringe vt iter viuos vel cā mortis nō ex cau sa dotis vel donatiōis ante nuptias. vt. j. l. p xi. certe immo ⁊ ex cau sa dotis. vt. j. l. iij. in pn ci. ⁊. j. l. pxi. nō a cōiu/ge sꝫ a p̄re prouenerat dos ⁊ donatio ⁊ ad eū redierat vnde. plene ad eum redit.

